Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



151 255

82

illi pectora prioribus fuerunt et autem cum hæc diceret extollens
vocem quædam mulier de turba dixit illi Beatus venter
qui te portavit et ubera quæ suxisti At ille dixit
Quin imo beati qui audiunt verbum dei et custo
diunt illud. Feria iii. Kl. Regum. In diebus illis
Naaman princeps militiæ regis assyriorum vir
erat magnus apud dominum suum et honoratus
per illum enim dedit dominus salutem syriæ erat
enim vir fortis et dives et leprosus fuerat de syria
egressi fuerant latrunculi et captivam duxerant
de terra israel puellam parvulam quæ erat in obsequio
uxoris naaman. Quæ ait ad dominam suam utinam
fuisset dominus meus ad prophetam qui est in samaria
profecto curasset eum a lepra. quam habet. Ingressus est ergo
naaman ad dominum suum et nunciavit ei dicens.
Hæc et hæc locuta est puella de terra israel. Dixitque ei rex
syriæ. Vade et mittam litteras ad regem israel. Qui cum
profectus esset tulisset secum decem talenta argenti
et vi. milia aureos et decem mutatoria vestimen
torum de tulit litteras ad regem israel quibus cum ac
cepisset epistolam hanc scito quia misi ad te naaman
servum meum ut cures eum a lepra quam habet.
Cumque legisset rex israel litteras scidit vestimenta
sua et ait Numquid deus sum ego ut occidere possim